

Handwritten text at the top of the page, possibly a library or collection number.

DE OPTIMA  
LEGENDORUM ECCLESIAE  
PATRUM  
METHODO.



DE OPTIMA  
LEGENDORUM ECCLESIAE  
PATRUM  
METHODO

In quatuor Partes tributa,

*Ex Gallico in Latinum Sermonem translata,  
& nonnullis annotationibus illustrata,*

INTERPRETE J. F. R.

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE.

*Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.  
Proverb. c. 22. v. 28.*



MATRITI,

---

Ex Typographia D. ANTONII DE SANCHA.  
M. DCC. LXXIV.

SUPERIORUM PERMISSU.

---

*Se hallará en la Librería de Alverá, Carrera de San Ge-  
ronymo; y en la de Sancha, à la Aduana vieja.*



## PRÆFATIO INTERPRETIS.

**Q**UUM saniora Theologiæ Studia ex incorruptis Scripturæ, & Traditionis fontibus petita, atque durissimo, quo dudum oppressa fuere, Pseudo-Scholasticæ imperio soluta, novum in dies incrementum accipiant, Sanctorum iccirco Patrum lectio, quos Christiana Religio veluti locupletissimos Traditionis testes veneratur, ac suspicit, iis omnibus, qui ad Ecclesiasticæ Scientiæ acquisitionem contendunt, post Divinas Literas pernecessaria est: dicente Hieronymo Epistola decima, „Post Scripturas Sanctas Doctorum Hominum Tractatus lege. „ Atque illud quanti ponderis sit, tum cultissimæ Nationes aliæ, tum præsertim Itala adprime novit; ut argumento sunt quamplurimæ Sanctorum Patrum Editiones, quæ undique prodeunt, novisque in dies Typis cuduntur.

Verum quia suspicari quis posset, ne juniores Theologiæ Cultores, qui exactis Studiorum curriculis ad hoc Scientiæ genus animum appellere debent, vel nimia suscepti oneris magnitudine deterreantur, vel non satis inde fructus percipiant, propterea quod aut ordo quidam, & methodus necessaria desideretur, aut præviis cognitionibus careant, quibus sublatis, nulla præfectus spes esse potest; rem iccirco non inutilem facturum me esse putavi, si Opusculum DE OPTIMA LEGENDORUM ECCLESIAE PATRUM METHODO, quo tum illorum lectionis necessitas ostenditur, tum planissima indicatur via ad Ecclesiasticæ Scientiæ acquisitionem, in illorum gratiam, quibus Sermo Gallicus parum perspectus est, in Latinum translatus, & pauculis qui-

# DE OPTIMA

LEGENDORUM ECCLESIAE PATRUM

METHODO.

PARS PRIMA

DE AUCTORITATE PATRUM  
Ecclesiae.

---

CAPUT I.

DE PATRIS NOMINE QUO ANTIQUI

*Ecclesiae Doctores donari consueverunt; de diversis,  
quibus florere temporibus, deque varia  
illorum auctoritate.*



Ravissimum, Sanctissimumque *Patris* nomen, quo Veteres Patriarchae appellabantur, utpote qui Patres-familias haberentur, atque Doctores, ex veteri Testamento in novum translatum est. Insigni hoc titulo eos celebravit Ecclesia, qui primis duodecim saeculis floruerunt, sive ab Apostolorum temporibus ad Divum usque Bernardum, qui *novissimus inter Patres* vocatur, non eam quidem ob causam, quod defecerint post ejus aetatem Doctores, sed quod una cum scholastica disputandi methodo, tunc recens inventa novi etiam tituli a Doctores fuerint usurpati.

*Nicol.  
Faber.  
Opus.*

A

Noe